



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

IV. Vt qui ab extraneis feminis reuocare se nolunt, non ministrent, & v[er]terius non prouehantur. Qui vero tradendis vel capiendis vrbibus interfuerint, a communione & co[n]uiuiis arceantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

AMNO
CHRISTI
453. & Talasio, episcopis, pari consilio atque tractatu decisio-
nem, quam verbis decreuerant, etiam scripturæ mandare
voluerunt: ut ab hac die, hoc est i.v. Nonas Octobris, Opi-
lione V. C. consule, haec regulæ ecclesiasticæ seruarentur,
quæ a senioribus iuxta auctoritatem scripturarum iam
fuerant constitutaæ.

C A N O N E S.

I.

Primum ⁱ vt contra episcopale iudicium clericis
non liceat ^{*} profiliere: neque inconsultis ^{*} sacerdo-
tibus suis sæcularia iudicia expetere: sed nec de lo-
co ad alium sine episcopi permissione transire: nec
sine commendatitiis sacerdotum suorum literis
commeare. ^{II.}

^k Vt diaconi presbyteris nouerint omni humili-
tate deferendum.

III.

Vt a violentia & crimine perpetuationis absti-
neantur.

IV.

Familiaritatem extranearum seminarum nouerint esse vitandam. Sed si qui sunt cælibes, non
nisi a sororibus, aut amitis suis, aut a matribus con-
solentur. Quia sicut bonum non est homini solum
esse, ita familiares esse clericos feminis non oportet
extraneis: quia frequenter plurimorum ruinas sub
hac occasione deflemus. Si quis autem post hoc in-
terdictum a prædictis familiaritatibus se reuocare
noluerit, nequaquam gradu altiore donabitur: & si iam
ordinatus fuerit, non ministret. Tum si qui traden-
dis vel capiendis ciuitatibus fuerint interfuisse de-
tecti, non solum a communione habeantur alieni,

Concil. Tom. 9.

K k k ij

444 LEO P.L. CONCILIVM VALENTIN. MARCIANVS IMP.

sed nec conuiuorum quidem admittantur esse participes.

V.

Quod etiam de his qui accepta pœnitentia reslicerint, debita seueritate seruabitur. quæ forma etiam circa eas quæ de virginitate sanctimoniali criminis proprio deciderunt, statuto rigore permaneat.

VI.

Hi quoque qui alienis vxoribus, superstitibus ipsarum maritis, nomine coniugii abutuntur, a communione habeantur extranei.

VII.

Clerici quoque, qui relicto clero se ad sæcularem militiam, & ad laicos contulerint, non iniuste ab ecclesia, quam reliquerunt, amouentur.

VIII.

Monachi quoque, qui cœptam obseruationis viam relinquunt, & absque epistolis, & absque certis negotiis vel necessitatibus per regiones vagantur alienas, cognita districione, si se non emendaerint, ab abbatibus suis, vel a sacerdotibus, ad communionem non recipiantur.

IX.

Aliis quoque episcopis aliorum clericis gradum augere non liceat.

X.

Quicumque autem vel de laicis, vel de clero, ministri fuerint ordinati, & obseruare noluerint; si laicus, communicare non liceat, nisi forte reprobauerint criminosos.

XI.

Non nisi vnius vxoris viri, iidemque virginibus